



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XXXV. Et dicebat illis: Nunquid lucerna incenditur, ut subter modiu[m] ponatur, aut subter lectum? Nónne ut super candelabru[m] ponatur? Non est enim quicquam occultum, quod non sit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

ista in omnibus Deus pro sua bona voluntate agit, nec ipsi displicet, qui minus proficit, modum
maiores profectus facere studeat. Minime ergo nos efferrī conuenit, etsi plures alios antecelle-
tur, sed Dei gratiam agnoscamus, qui nos tam præclara sua gloria uasa esse uoluit. Quod enim ha-
bet, (inquit Paulus) quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriari quasi non accepisti? Erit
cum se plures multo fructus fecisse dixisset, quam reliquos. A postolos, mox addit: Non ego tanto,
sed gratia Dei, que mihi adest. Rursum, qui se alijs inferiores uident esse, non desperant, sed prop-
ter se studeant, & Deum rogent, ut opus suum, quod in ipsis cepit, perficere dignetur. Carent denique
omnes, ut Dei uerbum audiant, auditum animis recondant, & idem meditatione assiduamur, ut
ac super acis tentationibus omnibus fructus ferant, sicq; salutem æternam consequantur in Christo
Iesu, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

1. Corin. 4.

1. Corin. 15.

H O M I L I A XXXV.

Et dicebat illis: Nunquid lucerna incenditur, ut subter modum ponatur, aut subter lectum? Nonne ut super candelabrum ponatur? Non est enim quicquam occultum, quod non sit manifestandum; neq; factum est secretum, sed ut in propatulum ueniat. Si quis habet aures ad audiendum audiatur. Et dicebat illis: Videte quid audiat. Quia mensura metimenti, mensurabitur & uobis, & adjicietur uobis qui auditis. Qui enim habet, illi dabitur: & ab eo qui non habet, etiam quod habet auferetur.

Argumentum
& usus pres-
sentis loci.

Inter omnia beneficia Dei nullum, post exhibitum nobis filium suum Iesum Christum, pre-
tiosius est uerbi sui predicatione, per quam nos de regni sui mysterijs certos reddat, & ueniam
dem æterna salutem donat. At quia circa hanc uariè erratur, Christus omnem eia rationem pre-
cedenti parabola complexus est, qua non modò qua uerbi diuini natura, & quæ eiusdem efficitur
docuit, uerum etiam quibus impedimentis ille præpediri soleat monuit, & quales esse conuenit, qui
illud sibi salutare esse uolunt. Quibus commodè præsentem hunc locum subiicit, quo docet, quomodo
Dei uerbum à nobis tractari debeat, & simul illius studium nobis diligentissime commendat. Il-
lissima autem est loci huius consideratio, eò quod multis obstaculis medetur, quæ ueram uerbi
cognitionem simul & fructum impediunt.

Quomodo Dei
uerbum tractari
& proponi
debeat.
Psal. 119.
Psal. 12.

Primò ut uerbum in Ecclesia tractari & proponi debeat, monet. Nunquid lucerna accenditur
(ait) ut subter modum ponatur? &c. Lucernam uocat Dei uerbum, nimirum ad illud David
alludens: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Ita uerò dicitur tum propter puritatem, quoniam
se habet, tum propter suos effectus, quos in nobis exerit. Ut enim luce nihil purius est, & purior
ita Dei eloquia (inquit David) eloquia munda sunt, ut argentum in catino terreo excelsum, puri-
tatem septies. Deinde ut lucerna noctis tenebras illuminat, que latebunt arguit, oculis ut uer-
cium præflare possint seruit, quin & animos ob tenebrarum caliginem contristatos exhilarat
per Dei uerbum mundus hic, qui totus in tenebris uersatur, illuminari conuenit, & idem lucem
illius corruptionem, errores atque peccata arguit, hominis intellectum illustrat, ut diuina prop-
ter possit, totisq; bonis operibus illustris & conspicuus reddatur: ad hæc conscientias uigorant, pro-
rorum & scelerum atque desperationis tenebris oppressas mirifice serenat & tranquillat, dum illis
iucundam & salutarem diuina gratia lucem offundit. At quoad præsentem tractationem, uerbum
suum lucerna confert Christus, ut ostendat, quomodo in hoc uersari debeamus. Si enim lucerna est,
idem cum hoc, quod cum lucerna, fieri debet. Hæc accendi solet, quando nisi id fiat, nullus usus
us est: Ita Dei uerbum predicatione illustrari oportet, ut nobis præluceat. At lucerna
accensa non sub modio occultatur, nec subter lectum ponitur: Ita Dei uerbum nec modio conuerti, nec
sub lectum abscondi debet. Sub modio occultant, qui doctrinam uerbi ad humana rationis cal-
culum reuocant, nec fidei obedientiam habent, que omnem carnis intellectum Deo subiicit. Vt
duo hominum genera est uideri. Primum eorum est, qui cum uerbi & salutis studium præ-
se ferant, oracula Dei humana philosophia placitis meriuntur: Quorum exemplum in Scrip-
tura

Ioan. 3.

Matth. 5.

Modius.
2. Corin. 10.

ficis theologia professoribus habemus. Si enim ad scripuras non prius accedunt, quam ubi Philo-
 sopherum libros imbuti, hominem ante se & sui arbitrij esse sibi persuaserunt. Quare etsi postea lu-
 ceram verbi inueniant, hoc tamen modio ita illum conegunt, vt nec suam ipsorum corruptionem
 videre, nec alios eradere possint. Alterum genus eorum est, qui carnis affectibus & peccandi li-
 bidine abrepti, mundo placere student, & proinde verbi ministris dicendi leges praescribere audent,
 nec ab illis vel superstitiones vel scelera & impietatem argui volunt: quales olim prophetarum tem-
 poribus multi fuerunt, nec etiam hodie desunt, qui maiorem huius mundi quam Dei rationem habere
 censuerunt. Similiter sub lecto ponunt verbi lucernam, qui illud voluptatum studio extinguunt,
 nec supra de ijs dictum est, qui semen illud in spinas excipere solent. Imprimis vero hoc ad mini-
 stros ignavos pertinet, qui ne in hoc mundo odia incurrant, a peccatorum re-
 laxatione & serua penitentia praedicatione abstinent, peccatis item blandiuntur, & vt propheta
 inquit puluillus consuunt, quibus peccandi licentiam fouent, dum Dei gratiam ijs praedicant, quibus
 illius ita potius ob oculos ponenda erat. Quod etiam illi referri debent, qui etsi Verbi doctrinam sacra
 fideliter proponant, prae tamen exemplo eandem quasi sepeliunt, dum voluptatibus ita indulgent,
 vt non temere aliquis suspicari possit, ne ipsos quidem ijs quae dicunt fidem adhibere. Ista ergo vitia
 caeteri vult Christus, ne vel nostris argui ijs verbi doctrina obscuratur, vel carnis licentia & volupta-
 tum studio suffocetur.

Isa. 30.
 Amos 2. 7. & 8.
 Lectus.
 Ezech. 13.

Quid autem fieri iubet? Vt lucerna haec super candelabrum ponatur, vt (sicuti alibi inquit) om-
 nibus luceat, qui in domo sunt. Candelabrum olim in veteri Testamento ministerij ecclesiastici ty-
 pus erat, & illius diligentissimam curam habere oportebat. Lenitas quotidie, ne in illo ardentis lam-
 pades nunquam exstinguerentur. In Apocalypsi autem per candelabra septem Ecclesias adumbrari le-
 gitur. Vult ergo Christus, vt Dei verbum in Ecclesia sonet, & instar lucernae ita proponatur, vt om-
 nibus luceat, vtq; singuli ea ex illo addiscant, quae ipsis tum in fidei negotio, tum in totius vitae conuer-
 satione ad institutionem seruire possunt. Nihil ergo in alicuius hominis gratiam reticere aut dissimu-
 lare debet. Huc facit quod propheta clamare iubentur, & instar tubae exaltare vocem suam. Quod Isaie 58.
 qui scire negligunt, ij & ministerij libertatem produnt, & Deo grauem rationem reddent de anti-
 quibus quae ipsorum incuria pereunt. Vide Ezechiel. 3. & 33. Hic ergo prophetarum & Apostolo-
 rum exempla ministri obseruare debent, vt cum illis dicant: Leo si rugiat, quis non timebit? Domi-
 nus Deus locutus est, & quis non propheteret? Item: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.
 Nec enim possumus, quae vidimus & audiimus, non loqui, &c. Act. 4. & 5.

Candelabrum
 quid.
 Mat. 5.
 Exod. 25.
 Zach. 4.
 Apoc. 1.
 Mat. 10. &c.
 Amos 3.

At dicat aliquis: Si verbi lucerna super candelabrum poni & omnibus lucere debet, cur tu ob-
 scuris loqueris? Cur regni caelorum mysteria parabolis occultas, quas nemo intelligit? Quin bo-
 nae etiam sunt, qui de verbi Dei obscuritate conqueruntur, & illud se ideo fastidire dicunt, quod
 obscura sint quae nunquam illo continentur. Illis ergo respondens Christus, ait: Non est quicquam oc-
 cultum, quod non sit manifestandum, &c. Quasi dicat: Quod nonnulla obscurius propono, non ideo
 fit, quod veri cognitionem hominibus inuideam, sed quod ita fere huius temporis ratio. At breui-
 ter, vt omnia manifestentur: Imo quae nunc secreta sunt, tunc in apertam lucem protrahi videbi-
 tur, &c.

Mysteria salu-
 tis tandem om-
 nia manifesta-
 buntur.

Et hic quidem Dei bonitas nobis obseruanda venit. Dicitur quidem salutis ratio mysterium
 absconditum a seculo. Atamen si mundi historiam totam excutias, omnibus seculis tantam il-
 linc cognitionem mundo innotuisse videbis, quanta electis ad salutem necessaria fuit. Primis enim
 perentibus promissio de Salvatore ex muliere nascendo data est, quae ijs sufficere poterat, pater
 quae perfectioris illius conditionis memoria nondum omnino extincta erat. At vbi cum humani
 generis propagatione superstitiones etiam multiplicari coeperunt, benedicti illius seminis linea quo-
 quae manifestata est, & Iudaeorum gentem, e qua ille prodire debebat, Circumcisionis signaculo a
 reliquis populis Deus distinctam & separatam esse voluit. Postquam vero eadem in Aegypto ce-
 remonijs & gentilitijs ritibus assueuerat, Lex secuta est, quae & Dei voluntatem & omnem hu-
 mani generis redemptionem luculentissimis typis adumbratam ob oculos posuit. Legis interpretes
 postea secuti sunt prophetae, qui (vt Petrus ait) ipsius Christi spiritu illuminati, de venturis in Chri-
 stum afflictionibus & eiusdem gloria posc secutura testabantur. Venit tandem in mundum pro-

Bonitas Dei ita
 reuelanda salu-
 tis ratione.
 Rom. 16.
 Ephes. 3.
 Colos. 1. &c.
 Gen. 3.
 Gen. 12. 22. etc.
 Gen. 17.
 1. Pet. 1.
 2. Pet. 1.
 Act. 3.



Actor. 1.
Ioan. 14.

Marc. 13.

Luc. 16.

Quanto studio
uerbum audiri
debeat.

Matth. 25.

Rom. 9.

Matth. 10.

Actor. 1.

Amos 8.

missus ille Saluator, Iesus Christus, qui ut omnia fideliter executus est, quae ad nostram redemptio-
nem faciebant; Ita salutis doctrinam per Apostolos (quos suo prius spiritu illuminari, & in eam
Veritatem induci voluit) in vniuersum terrarum orbem diuulgauit. Et licet Veritatis cogni-
tionem per varias haereses atque barbarissimam Antichristi tyrannidem aliquando obscuratam vi-
deret, sic tamen sua ecclesiae consuluit, ut Veritatis lux nunquam omnino extinguere potuerit, & ut
vniquam clarius fulserit, quam hinc nouissimis temporibus, quando Antichristus & delis & opo-
ta uti quam maximè furit & grassatur. Ita quotidie impletur, quod in praesenti Christus promit-
tit. Quod si quae plenius cognoscenda restant, ea olim in patria patefient, ubi omni reolo deperdit, &
sum Deum facie ad faciem videbimus, & in illius conspectu bonis omnibus satiabimur. Vnde
rinh. 12. Psalm. 16. Seruiunt haec ijs confutandis, qui Euangelij manifestatione non contenti, nouas
reuelationes expectant, & ita se diabolo & impostoribus seducendos prebent; diuini nimirum spiri-
tus similes, qui ex defunctorum numero aliquem ad fratres superstites monitorum miti petunt. At
sicui illis in Lege & prophetis abunde prospectum esse, Abraham testatur: ita nobis multi-
tudo nouis doctoribus opus est, quando Legi & prophetis noui Testamenti libri accesserunt, quibus
ea mysteria panduntur, quae olim prophetae & iusti praestita & impleta videre optauerunt. Vnde
Matth. 13.

His modo Christus grauem adhortationem subiicit, qua diligentis verbi studium & medita-
tionem assiduam nobis commendat. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Id est, si cui beneuolen-
tatem Deus concessit, ut verbum audire possit, is curet, ne gratiam hanc spreuisse videatur. Et quae
quid audiatis, videte. Nec enim de re leuicula agit, sed maximè seria, & quae cum saluati-
one coniuncta est. Nihil ergo vobis excidat, nihil remere aures vestras praeuolent: sed singula
perire, excepta diligentis meditatione ruminare, ut dignos in vobis fructus ferant. Quae enim
& industria mensura in percipiendo hoc Dei beneficio nisi fuerit, eadem Deus quoque spiritus
dona vobis dimerietur. Quod si animos celestium honorum desiderio dilatatos attuleritis, & ha-
fueritis eorum quae apud vos deponuntur custodes, plura adhuc apud vos Deus deponet, quae vobis
salutem iuuare poterunt. At si maligni mysteriorum ipsius aestimatores sitis, aut rimarum pla-
la diffidere patiamini, ipse quoque eadem vobis in posterum communicare dedignabitur. Item
Dei mos est, quod ijs qui dona ipsius se habere agnoscunt, & illis strenuè negotiantur, ut quod
sanctum & saluarem faciant, plura addat. Quicumque verò secus agunt, illis ea quoque Di-
sto suo iudicio eripit, quae iam habere videbantur. At qui eorum quae hic dicuntur, exemplum
dentes in Iudeis habemus. Habuerunt illi testamenta, promissiones, legem, cultum externum, etiam
ipsum Christum, qui ex ipsis homo nasci voluit. Hisdem quoque Christi primum praedicati sunt.
At quia Dei gratiam nec agnoscere, nec illa uti voluerunt, repulsam passi et tam regno quam
dorio spoliati, famem illam horribilem verbi Dei patiuntur, quam illis olim per prophetam Di-
natus est. Vtinam verò, quae Iudeis hic dicit Christus, hodie nobis quoque ab eodem dicitur
Nec enim negare possumus singularem Dei gratiam, quae verbi sui lucem infelici mundo hinc
simis temporibus reuelare dignatus est, quae non modo priuatos homines, verum etiam
quor potentissimos, & Respublicas amplissimas illustrauit, & ex Antichristi tyrannide furit
ruit. Quod beneficium quia pauci agnoscunt, & plerique, vel belluina stupiditate, vel voluntaria
liria, Christianae doctrine libertatem sibi eripi patiuntur, multi quoque ipsi eandem cancellis quibus-
dam circumscribere non verentur: periculum est, ne haec sua talenta nobis eripiat Deus, et in
sine Antichristi tyrannidi denuò subiiciat. Horum ergo memores, verbi diuini lucem ex oculis
ut huius semitas secuti, olim aeternum viuamus cum Christo Iesu domino nostro, cui debetur
etio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A XXXVI.

Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo faciat se-
mentem in terram, ac dormiat, atque exurgat nocte & die, leges & ger-
minet ac surgat in altum ipso inscio. Vltro enim terra fructu gignit, pri-
mum